



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

**Luxemburgi, 1740**

XL. Facultas suscipiendi Lauream Doctoratus Magistris Carmelitis  
Provinciæ Bahiæ in Brasilia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](#)

ANNO  
1723.

INNOCENTIUS DECIMUS-TERTIUS.

ANNO  
1723.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XIII. Octobris MDCCXXIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

XL.

Conceditur Carmelitis Provincie Bahia in Brasilia Magistris facultas suscipiendo Lauream Doctoratus a Provinciali.

Eadem facultas concessa fuit Provincia Portugallia Conf. ed. 1723. Jul. 14. Pont. 3. Et Constitutione sequenti conceditur Provincia Fluminis Januarii.

Dat. 23. Dec.  
1723. ann. 3.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Ab Urb. VIII. concessa fuit Provinciis Hispaniae & Portugalliae facultas suscipiendo Lauream in Collegio Salmantico.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Prior Provincialis, ac Diffinitorum, aliique Fratres Provincie Bahia in Brasilia Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmelo, quod alias fel. rec. Urbanus Papa VIII. Praedecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis literas die 26. Augusti 1624. expeditas indulxit, atque concessit quoniam Theodoro Statio tunc temporis Priori Generali dicti Ordinis, ac Provinciarum Hispaniae, & Lusitaniae Professoribus Ordinis hujusmodi, ut iisdem qui absolutis per cursum lectoris, vel exercitiis literarum juxta Regularia Ordinis praedicti instituta requisitus, ac iterius alias servandis per eundem Priorem Generalem in sacra Theologia Magistri juxta ejus facultates insituti, & creati fuissent Lauream Doctoratus in Collegio S. Teresia Salmantico, memorati Ordinis, ad formam in praedictis literis praescriptam suscipere possent, ne pro ea suscipienda aliquam approbatam studii Generalis Universitatem adire tenerentur, & hoc ideo concessum fuit, ne praedictus Ordo, seu Religio inter Mendicantes pauperrima detrimentum pateretur intolerabilium expensarum, quae pro obtinenda hujusmodi Doctoratus Laurea in publica Universitate eroganda forent, & alias prout in praedictis Urbani Praedecessoriis literis, quorum tenore presentibus propylene, & sufficienter expresso, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanfusis, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Præc. Provin-  
cias, &  
causa peti-  
tions.

S. 1. Cum autem sicut eadem exposito subjungetur praedictum indulxum eo tempore, quo Rex Hispaniarum Catholicos, etiam Lusitanianum possidebat, Religiosis utriusque Nationis æque profuerit, separatisque Dominiis respectu Lusitanorum, quibus dictum Collegium Salmantico, adire non amplius permisum fuit, sine ullo effectu, & utilitate remanserit, & adhuc de praesenti remaneat, propter diversum rerum, & Dominiorum quod vigeret sistema, eaque de causa dicta Provincia commodum, atque utile suos Religiosos pro suscipiendo ibi Laurea Doctoratus hujusmodi transmittere minime existimet, & proinde ne ipsa, ejusque Professores commoditate ejusmodi lauream suscipiendo sine ea magna, ac intolerabili expensa, quæ in aliqua approbata Universitate requiritur, preventur, opportune a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum desideret, quemadmodum a Nobis Provinciae ac Diffinitorio, aliique Fratribus Provincie Portugalliae ejusdem Ordinis per quasdam Nostras literas pariter in simili forma Brevis die 14. Julii proxime praeteriti expeditas concessum fuit.

S. 2. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singularies personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliique Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentia a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effendum praesentium dumtaxat consequendum harum serierum ab-

solventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium frarum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui relationem dilecti filii moderni Procuratoris Generalis super præmissis eisdem Cardinalibus factam attenderunt, confilio, ut omnes, & singuli professores Provinciae, & Ordinis praedictorum, quos modernus, & pro tempore existens Prior Generalis ejusdem Ordinis in sacra Theologia Magistris servatis servandis instituerit, & creaverint Lauream Doctoratus prævio rigoroso examine coram Priore Provinciali d. Provinciae Bahia, & quatuor in eadem sacra Theologia Magistris, seu Regentibus, illorumque approbatione servatis ceteroqui conditionibus per statuta, seu Constitutiones Ordinis praedicti praescriptis ab ipsomet Priore Provinciali suscipere libere, & licite possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore praesentium comcedimus pariter, & indulgemus: salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

S. 3. Decernentes praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabilitatem observari: Sique in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si securus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 4. Non obstantibus praedictis Urbani Praedecessoris literis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciae, & Ordinis, praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indulxit, & literis Apostollicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanfusis, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXIII. Decemb. MDCCXXIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Conceditur Carmelitis Provinciae Fluminis Januarii in Brasilia Magistris facultas suscipiendo Lauream Doctoratus a Provinciali.

Eadem facultas concessa fuit Provincia Bahia Constitutione precedenti. Et Bened. XIII. Conf. ed. 1725. Aug. 30. Pont. 2. conceditur Provincia Aragonie.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 23. Dec.  
1723. ann. 3.

Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Provincialis, ac Diffinitorum, aliique Fratres Provinciae Fluminis Januarii in Brasilia Ordinis B. Marie de Monte Carmelo, quod alias fe. re. Urbanus Papa VIII. Praedecessor noster per quasdam suas desuper in simili forma Brevis die 26. Augusti 1624. expeditas literas indulxit, atque concessit quondam Theodoro Statio, tunc existenti Priori Generali, ac Provinciarum Hispaniae, & Lusitaniae professoribus dicti Ordinis,

Provinciis  
Portugalliae,  
& Hispaniae  
concessa fuit  
ab Urb. VIII.  
facultas susci-  
piendi Lau-  
ream in Col-  
legio Salman-  
tico.

ut iidem,

Concessio  
praed. facul-  
tatis.

Clausula.